



AD LECTOREM
De collatione LOGICÆ
cum aliis artibus.

Nil mirabilius Logicâ est. Confecit ea artes,
Séque ipsam fecit, quæ fuit antè nihil.
Se fabricata fuit, sese conservat & ipsam.
Mirum ænigma tibi, lector amice, damus.
Hæc veluti rēgina sedet, dijudicat omnia.
In sophia primum nempe tribunal habet.
Utque supra æthereos sol aureus emicat ignes;
Sic artes inter prominet hæc Logica.
Quid? Logice superat solem. Sol namque diurno
Tempore dat lucem, nocte sed hancce negat.
At Logicæ sidus nunquam occidit. Istud in ipsis
Tam tenebris splendet, quàm redeunte die.
Ergo legas Logicen isthanc studiosa juvenus,
Quam dedit ALSTEDII sedula cura tibi.
Qui bene disserere, & Logicâ bene te docet uti:
Unicus hic Logicum qui facit usus erit.

GEORGIUS PASOR.